



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

Albertus, (a) qui non tantum sub protectione sua prædones fovit, sed ipse etiam nobiles, & Urbes Thuringiæ & Eichsfeldiæ infestavit. Monuit † Albertum Moguntinus, & Landgravius, ut ab iniquissimis ausibus desisteret. Ille nec se indehortantium gratiam incepisse, proinde nec in eorum favorem desitutum respondit. † Irritati hoc dicto Elector & Landgravius undique copias legunt, Moguntinum Erfurtenses, & Eichsfeldiaci, Landgravium frequens Thuringiæ nobilitas sequitur, Mülhusia & Northusia continuo lacessitæ adsunt, viribusque junctis exercitu viginti millium Brunswicensium agrum invadunt. † Expugnant Hindenburg, Windshausen & Lichtenstein, obsident Eimbeck, eoque Albertum adigunt, ut abdicatâ prædonum protectione pacem rogaret, quam eâ lege, ne posthac ulli vicinorum molestus esset, impetravit.

*Monetur ut desistat.*

*Monita spernens armis impetitur.*

*Ad ejurandam prædonum protectionem cogitur.*

\*MCCCLXVI.

*Bellum inter XV.*

*Episc. Herb. & comitem*

*Schwarz.*

*Erfordia e-*

*mit à comite Wassen. cte tulit parte sylva.*

\* Dum hæc foris agerent Erfurtenses, in alterâ viciniâ Comes Swarzburgicus † cum Herbipolensi Episcopo bellum gerit, (b) sat atrox si vires animum non destituisent, cumque pecunia comiti deesset, Erfordiam † arcem Wassenburg, (c) & partem Gabretæ sylvæ vendidit. Indignè tulit parte sylva.

(a) Rivander hoc anno.

(b) Becherer in Chronica Thuringiæ hoc anno, & MS. Chronica Erfurtensia.

(c) Becherer dicto loco.

*Invidet* tulit hoc Landgravius, † attamen aper- &  
*mercē Urbis* tā vi justam Urbis causam violare non au- ri  
*Landgrav.* sus, nec itā compescuit invidiam, quin gr  
 Erfurten- ses adverterent. Igitur Legatos de  
*Cæsaream* ad Cæsarem mittunt, † qui auctoritatem ne  
*confirma-* ejus huic contractui peterent, rogarent- sa  
*tionem* que signaculum Cæsaris instrumento ap- re  
*frustraque-* pendi. Periculosa res videbatur legatos- ta  
*runt Erfur-* cum instrumento emptionis Landgravii N  
*tenses.* territorium transire, ut igitur insidias fal- qu  
 lerent, quasi commerciorum causâ aliud ar  
 iter ingrediuntur. Vix pridie abierant, ar  
 & quasi re jam salvâ dolus jactabundè vo  
 clamatur. Landgravius nuncios celerri- ri  
 mis itineribus submittit, qui ipsos lega- ce  
 tos in Bavariæ finibus assequuntur. Duci ex  
 Stephano Landgravii avunculo jam tum tu  
 ex hujus querelis controversia innotuerat. pe  
 Igitur spoliati Erfurtenses domum remit- tu  
 tuntur. Ipsum instrumentum contra- er  
 ctûs Landgravio transmissum, † quo ob- ni  
 tento emptam arcem, & Sylvam sibi ap- gr  
 propriat. Resistebat magnis viribus Ci- go  
 vitas, sed ille potentior vias obsidet, ur- u  
 bique conditiones pacis obtrudit. \* Ut m  
 \* MCCCL ta  
 xx. pr  
*Erfordia* damnum hoc alibi resarciret Erfordia, di- an  
*Walsleben* ves opum, ab Henrico, & Ernesto † te  
*Elxleben* Comitibus de Gleichen, Moguntiaë vasa- ri  
*Münsterho-* lis, pagos (a) Walsleben, Elxleben, in  
*fen emit.* Münsterhofen mille argenti marcis emit. (b)  
 Ex parte Senatus ac Urbis negotiabantur  
 Rudigerus de Hayn Electoralis Provisor,  
 &

(a) Literæ emptionis & investituræ extant.

& Theologiæ Magister, Herbortus, Severiani Collegii Præpositus. Arma in Landgravium, non injuriæ memoriam Urbs deposuit, † præsertim cum Landgravius nec molitiones hostiles intermitteret, ipsam etiam Civitatem ad judicia sua citaret. Ideo hæc, ulterius ne majori potentia cedere jura cogeret, † Urbibus Northusiæ & Mülhusiæ causam, & antiquum foedus exponit; (a) Comitibus etiam Thuringiæ periculum exaggerat: non amplius legibus agi, Landgravios non veteri titulo contentos nunc etiam Thuringiæ dominium affectare, eò arma respicere, quibus Urbes laceffant, Comites extirpent. Recentius esse Vinariense factum, quam ut narrari debeat. Idem nuper contra Schwarzenbürgenses tentatum, lineâ Güntheri Cæsaris in filio deficiente. Actum de libertate imbecilliorum, nisi communi foedere ad æqualem Landgravii potentiam coeant. Urgente † negotium Moguntino firmissimum foedus icunt: Damna, pericula sociorum communia essent, unius injuriam alter sibi illatam haberet. Eventus felicitatem pacti probavit. Ipsi autem ArchiEpiscopo Joanni † rei momentum accuratius Erfurtenses depingunt, cumque narrata superius pericula exposuissent, à Landgravio incompetenter ad judicia se citari addunt, (b) quod fieri nisi in subditos non possit. A

H

mul-

(a) Erfurtensia & Thuringiæ Chronica.

(b) Extant ipsissima litteræ urbi.

*Convinuata  
simultates  
inter urbem  
& Landg.  
Urbes &  
comites Thu-  
ringiæ in  
Landgrav.  
incitat Erfur-  
fordia.*

*Cum iis au-  
toritate  
Moguntinâ  
foedus icit.*

*Eidem rei  
momenta  
proponunt.*

*Responsum  
Electoris.*

\* MCCCLX  
XII.

XVI.  
*Fundatur  
Carthusia  
Erfurtensis.*

multis jam sæculis ArchiEpiscopatus se de-  
votos, Urbem felicissima adoptione fili-  
am esse. Præterea Cæsareis, & regalibus  
privilegiis adversus externa judicia mun-  
ri, nec forum nisi electorale agnoscere.  
Non aliud quam superioritatem in Erfordiam  
citationibus ijs prætendi, illisque ju-  
diciis, quæ juris tribuendi gratiâ sint ad-  
inventæ, Landgravium ad invadendam  
aliena abuti: maturè consultaret Elector,  
quomodo conatibus his obviandum, so-  
lam penè Erfordiam de amplissimo quon-  
dam Sedis imperio his in oris superesse,  
magnum invidiæ objectum, quod in ea  
Dominatûs Thuringici complementum  
consistere videatur. Joannes † Elector  
ne dubitent, respondet, de solitudine  
matris, sat sibi restare virium & animi, quo  
filiam tueatur: duraturam cum obedi-  
entia protectionem, utque magis de promissis  
Urbé certâ redderet, omnia ejus privilegia  
confirmavit, remisit etiam mulctam à  
cœde Judæorum in singulos annos pen-  
di solitam, quæ cum antea ad 100. marcas  
argenti quinquennio excurreret, ipse in 10.  
annos tantum centum quinquaginta stipu-  
latus est.

\* Carthusia † Erfurtensis in hunc annum  
initia refert. (a) Mons est in Eichsfeldia  
Hassiaë objacens: exercitam in eo Ethni-  
corum idololatriam in Christianam pie-  
tatem S. Bonifacius convertit. Frequentissi-  
mi

(a) Serarius in Joanne primo.